



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Vnctio extrema.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

VIRGINITAS: De eius circumstantia tam in fœmina quàm in viro vide tit. circumstantia, & luxuria. Item de virgine vi deflorata, aut quomodo se defendet, vide tit. luxuria.

VISITATIO: Prælatorum censura in mandatis visitationum lata non sunt à iure sed ab homine. c. 27. n. 2.

VITA hac perpetuò viuere volens, peccat mort. cap. 11. num. 16. & cap. 23. numer. 114.

VNCTIO EXTREMA.

EST Sacramentum quo presbyter ungit *cer-*
etas corporis partes infirmi probabiliter pe-
riclitantis, oleo consecrato, certa que verba pre-
ferendo. cap. 22. num. 12. Eius materia est
oleum oliuarum per Episcopum consecra-
tum. Forma est, *per istam sanctam unctonem,*
& per suam misericordiam indulgeat tibi Deus,
quicquid peccasti per usum &c. iuxta varia-
tem partium, quæ ungiuntur, explicandus est
earum usus. Et possêt Ecclesia institue-
re alia verba æquipollentia his, quibus mo-
do utitur. Atque actus ungenti debet fieri
durante prolatione verborum. Eius minister
est presbyter. n. 12. 13. 15.

Taa

VNCTIO EXTREMA. 789

Tantummodò est conferenda infirmis, & requirit probabile periculum mortis. Potest dari infirmo amenti, vel phrenetico cessante irreuerentia, si antea illud petiit tacite; vel expresse, vel si meminisset, petiisset, vel si in mortali notorio non insaniuit. Potest administrari sub conditione, si dubitatur infirmum esse mortuum. Quòd si post inceptam vnctionem moriatur, nõ est vltra progrediendum. nu. 12. 13. 14.

Non est conferenda damnatis ad mortem, neque in aliquo periculo mortis etiam presentissimo existentibus. num. 13.

Hoc Sacramentum principaliter est institutum ad remissionem venialium: remittuntur etiam per illud mortalia, si adsit attritio, vnde potest facere de attrito contritum. num. 13.

Peccat mortaliter agrotus, qui in articulo mortis per contemptum non petit hoc Sacramentum. Idem si non petit filio, vel alteri suæ curæ commisso. nu. 16. Idem de eo qui recipit illud in mort. sine confessione vel saltem attritione tali, quòd per virtutem Sacramenti reddatur contritus. c. 22. n. 16.

Concilium Tridentinum circa hoc Sacramentum definiuit sub anathemate hæc sequentia.

1. Quid extrema vnctio est verè, & proprie

DDd 3 Sacra

Sacramentum, à Domino nostro Iesu Christo institutum, & promulgatum à Iacobo Apostolo. II. Quòd confert gratiam sicut alia Sacramenta. III. Quòd remittit peccata, & alleviat infirmum, & quòd non cessat, neque cessavit, neque olim fuit quasi tantum gratia curationum. IV. Quòd ritus eius, quem observat Ecclesia Romana, non repugnat sententia Iacobi Apostoli: atque ideo non potest iuste mutari, aut contemni. V. Quòd Apostolus Iacobus per presbyteros intellexit tantum Sacerdotes, & non seniores populi. VI. Ideoque non posse hoc Sacramentum per alios quam per episcopos, & Sacerdotes ministrari. cap. 22. nu. 1.

VOLUNTARIUM,
& involuntarium.

Dicitur directè, ac per se, ut cum volumus illud: indirectè ac per se, ut cum volumus id quod sequitur ex eo quod volumus: indirectè ac per accidens, ut cum possumus, & debemus aliquid velle, vel dicere, vel facere, & nolumus dicere, aut facere. Sicut in submersione Navis volita à nauclero, dicuntur etiam volita omnia alia, quae potuit impedire, & non impediit. Prel. 7. num. 12. in Antiq.

Defe